

vel ejus copiam superfluam nimis onerosam immi-  
nuens, utiliter prodest: vel & aliquando longinque  
ad partes alias eum derivans, procul a visceribus  
mollibus eum pellit, satisque emolumenti & desi-  
deratae sanitatis aegrotantibus per hanc evacuatio-  
nem adfert: uti non minus etiam iis quibus asve-  
ta haec evacuatio est, saepissimeque adhibita.

§. 3. Ubi autem nullum horum symptomatum ac  
morborum est, nec plenitudo sanguinis redundans  
atque corpus adgravans; pulsus vero celeres qui-  
dem, non autem elevati sunt, licet ob vim febris  
vehementis frequentes sint; neque sanguis ruber,  
ut a locis affectis scire licet, verum humor qui-  
dam **ferosus** locis ad excretionem destinatis in-  
sidens, qui pituita alba & frigida olim dictus est,  
viscidus & valde acer irruens fluxionum & inflam-  
mationum **causa** est; qualis in gravedine, tuf-  
si, & raucitate, febribusque catarrha-  
libus inest, atque etiam in faucium vel tonsi-  
larum, vel columellae, ipsorumque quando-  
que pulmonum inflammationibus, quae & in-  
flammationes catarrhales audiunt, cuius  
acrimonia, quae locos affectos vehementer irritat  
atque inflamat,